Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicentes: Magist. hec mulier modo deprehensa est in adul-
cio: in lege autem moyses precepit nobis hymiodi lapida-
re. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tempta-
tes eum: ut possent accusare eum. Jhs autem inclinans
se deorsum: digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent
interrogantes eum: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est
vestrum: primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem unus post unum
exibant incipientes a seniorib. Et remansit jhs solus:
et mulier in medio stans. Erigens autem se jhs: dixit ei. Mulier ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condempnavit.
Que dixit: nemo dne. Dixit autem ei jhs. Nec ego te con-
dempnabo. Vade: et amplius iam noli peccare. Dnica iij.

Fres: Scptum est: quia abraham duos ad galath.
filios habuit: unum de ancilla et unum de libera. Sed qui
de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per
promissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec enim
sunt duo testamenta: unum quidem in monte sinai
in seruitutem generans que est agar. Sina enim mons est
in arabia qui coniunctus est ei: que nunc est vrsalem et ser-
uit cum filiis suis: illa autem que sursum est vrsalem libera
est que est mater nostra. Scptum est enim: letare sterilis que
non paris: erumpe et clama que non parturis: quia multa
filii deserte magis quam eius que habet virum. Nos autem fres
secundum ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc qui
secundum carnem natus est: persequebatur eum qui secundum
spm: ita et nunc. Sed quid dicit scptura? Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum
filio libere. Itaque fres non sumus ancille filii. Sed libere